CATALOGI

Bibliothecae Hungaricae
SZÉCHÉNYIANO — REGNICOLARIS

SUPPLEMENTUM I.

Scriptores Hungaros

et

Rerum Hungaricarum

TYPIS EDITOS

complectens

A.–Z.



POSONII

Typis Belnayanis

1803.

Falka sc. Budae

CATALOGUS
BIBLIOTHECAE HUNGARICAE
NATIONALIS SZÉCHÉNYIANAE.

TOMI I.

SCRIPTORES HUNGAROS

ET

RERUM HUNGARICARUM

TYPIS EDITOS

COMPLECTENTIS.

SUPPLEMENTUM I.

A. — Z.

POSONII
TYPIS BELNAIANIS.
1803.

LECTURIS

S. P. D.

JOH. CHRISTIANUS ENGEL.

CUM nuper inter amicos diſceptaretur de caritate patriae, ſubriderentque multi, et alii amorem patriae penitus exoluiſſe, ac quae ex illo proficiſci viderentur, ex vanitate et gloriolae ſtudio profecta eſſe; alii genus humanum potius, quam patriam, a veris Philoſophis ad altius intellectus humani culmen evectis diligi debere; alii vero ſatyrae gratia magis, quam ex animi ſui ſententia, noſtris temporibus illum vere ſapere contenderent, qui ſi ſibi familiaeque ſuae bene proſpectum ſit, ſi ipſe laute et jucunde vivere poſſit, rem publicam, aut aliorum felicitatem necquidquam curat aut cordi ſibi habet: has ego ami-

corum (quos inter erant viri ſedula lectione et diuturna rerum humanarùm experientia ſubacti) interlocutiones intimum cordis mei ſenſum commoventes, moeſto ſilentio meditabundus excepi.

Surrexi tandem, moerore victus; meque, quid de ſingulorum placitis ſentirem, libere prolaturum, ut amici benevole audiant, rogavi.

Contemtum inquiebam, oblivionemque merentur omnes illi, quantumvis dignitatibus, opibus, potentia, conſpicui viri, qui omnia ad ſe ſuamque familiam, nihil ad utilitatem publicam, nihil ad commoda aliorum referunt. Sunt quidem illi, pro corruptis ſeculi moribus, tam frequenti numero, ut ſe in tanta multitudine cenſuram poſteritatis effugere, et mutuis exemplis excuſare poſſe ſperent. Sunt porro tam ſtolidi, ut ſubſanniant rideantque omnes illorum conatus, qui ſe ſuaque patriae devovent, remque publicam aut literariam ſervare et amplificare nituntur. Sunt denique voluptatum illecebris adeo

capti,

capti, profpero rerum fuarum ftatu et eventu adeo elati, ut fe folos felices, fe folos vere prudentes exiftiment. Non invideamus eis vanam hanc, nec diuturnam illufionem. Plerumque hujusmodi homines mutuo fefe conficiunt diffidio; unus alterum fuae fortunae invidum aut aemulum praecipitare, perdereque nititur; perpetuum eos intercedit bellum, mox apertum, mox fimulatione tectum; rara ftabilis horum ante mortem felicitas. Ut primum loco fuo pulfi, aut aliis humanarum rerum triftibus viciffitudinibus involuti funt: dum nemo eis condolet, dum oppreffi et vexati imprecantur, invidi cavillantur, boni et ingenui viri contemnunt, et fugiunt. Dum eos confcientia praeclare et recte actorum, rerumque cum laude et fructu totius civitatis geftarum haud erigit; fed potius memoria effufi absque neceffitate fanguinis humani, male adminiftrati aerarii, oppreffae plebis aut opum in pellices et obfcoenitates profufarum, vitaeque inaniter transactae arguit: — profecto phantasma felicitatis, brevi tempore

pore ſibi conſictum, diuturno et acri dolore, dum adhuc in humanis verſantur, luunt.

Converti me deinde ad illos, qui animantium morem eſſe ſtatuunt, locum natalem, aut illum, in quo paſcuntur, prae aliis diligere; decere humanam mentem, ut totum genus humanum absque ſitus phyſici, aut limitum politicorum diſtinctione caritate complectatur.

Regeſſi hiſce: eosdem veri ſpeciem, captioſis verbis involutam, pro ipſa veritate amplecti. Sanctum eſſe et rationis, et Evangelii praeceptum, omnes homines diligendos eſſe; aſt neminem eſſe mortalium, tantis animi corporisque viribus praeditum, ut in omnes orbis partes, ut cum Philoſophis loquar, agere poſſit. Cuilibet ſuam mox latiorem, mox anguſtiorem agendi ſphaeram aſſignatam eſſe: beneque mereri illum de toto humano genere, qui ut pars vel particula quaedam illius cultior feliciorque absque aliarum partium praejudicio ſit, efficit. Commodiſſimum plerumque et patens ſatis agendi theatrum eſſe

ſolum

ſolum natale, ubi nempe opportunitas maxima adeſt augendarum et exerendarum corporis et animi virium; ubi genium, linguam, conſtitutionem, mores, habitum, deſideria populi inde a pueritia novimus, ubi conſanguineorum, amicorumque opera aut latifundiorum et induſtriae proventibus ad haec vel alia perficienda, uti poſſumus: verbo ubi et locum, et modum agendi, inde a teneris nobis reddidimus familiarem. Naturalem igitur cuilibet, quem fata aliorſum non rapuerunt, agendi ſphaeram eſſe patriam, neque pleriſque in caſibus Coſmopolitam aut Philantropum ſano hujus vocis ſenſu poſſe praedicari aliquem, niſi egregium ſe patriae ſuae civem praeſtiterit. Taceo, neminem eſſe mortalium, qui humana omnia ita a ſe alienare queat, ut propter aſſvefactionem ad certum clima, ad certum loquendi, vivendi et agendi modum deſiderio natalis ſoli prorſus non ducatur: taceo vincula gratitudinis, amoris, amicitiae, neceſſitudinis, vene-

nera-

nerationis parentum et majorum, quibus optimus quisque patriae ſuae adſtringitur.

Denique reſpondi etiam illis, qui quae praeclare et magno gentis humanae ac patriae commodo acta eſſent, extenuare cuperent eo adjecto calculo: acta illa fuiſſe non ex amore patriae, ſed potiſſimum ex gloriae cupiditate et ambitione. Non diffiteor quidem, ſublimem quandam vim ineſſe his Philoſophorum monitis: Virtutem propter ſe ipſam diligendam eſſe, officioque ſatisfaciendum, propterea quod ſit officium, absque omni reſpectu, an quid inde grati utilisque in nos redundet. Ajo tamen confidenter, ita diſpoſuiſſe ſupremum rerum omnium conditorem et moderatorem humanarum rerum conditionem, ut virtutem laus et approbatio aliorum haud quaeſita, inſtar umbrae, neceſſario nexu comitetur. Qualiter itaque ille, qui de patria ſua bene meretur, impedire poſſit, ne encomia aliorum merita ſua celebrent, imo cur impedire deberet, etiamſi poſſet? pervidere nequeo. Injuſte ſane ex eventu de ſcopo fer-

tur

tur hic judicium. Quo magis inſtitutum aliquod ad veram ſolidam et quam ampliſſimam patriae utilitatem tendit; eo magis a vanitatis et gloriolae nota liberum pronunciari debet. Qui autem in utiliſſimorum etiam inſtitutorum auctoribus nonniſi affectationem laudis et nominis famae ſupponunt, vereor, ne propriam arrogantiam pro aliena habeant.

Abſolutis hiſce amoris patriae vindiciis, amicisque meis fere omnibus in eandem ſententiam coaleſcentibus, non poteram non tranſire ad patriam noſtram, Hungariam, adducereque quam plurima recentiſſima amoris et caritatis filiorum in illam monumenta et documenta. Sermo fuit de Inſtituto ſurdorum et mutorum educationi Vaczii erecto, de Georgico Keſzthelyienſi, de Schola Oeconomica Szarvaſſienſi, de fundatione Academiae militaris, de via Koharia, de canali Bácsienſi, de Bibliotheca Telekiana M. Vásárhelyenſi, de Inſtituto Aſtronomico Batthyániano, de fundatione Brukenthaliana, de ſocietate philohiſtorum, et philologorum linguae Magyaricae

Trans-

Tranſſilvana, de mappis Comitatuum Görögianis et de ceteris multis, quae in mentem veniebant. Monebant amici, non praetereundam fuiſſe *Bibliothecam*, ut ſtylo Dicaſteriorum vocatur, *regnicolarem Széchényianam*. — Hanc quidem, (repoſui amicis, hoc monentibus) ultimo loco commemorare ideo volui, ut me de eadem prolixius diſſerere, ſententiamque pluribus depromere patiamini. Si quid enim; certe bibliotheca haecce inſigne et luculentum eſt Excellentiſſimi ac Illuſtriſſimi D. Comitis Franc. Széchényi flagrantiſſimi et ſinceri, ab omni oſtentationis et vanitatis nota remoti in patriam affectus documentum. Omnia enim in inſtituto bibliothecae hujus ad quam maximam realem et ſolidam eruditionis patriae promotionem comparata ſunt, nequaquam vero ad pompam et oſtentationem. Patiamini, quaeſo, me, qui praecipuas Germaniae, Hungariae et Tranſſilvaniae vidit et ſollicite perluſtravit bibliothecas, argumentum hoc per ſingula perſequi capita.

Appa-

Apparatum librorum, quem bibliothecam vocamus, ſtruendi cupiditas et ardor in Germania potiſſimum exemplo bibliothecae Göttingenſis inde a tempore immortalis viri, M. Brit. Regis Conſiliarii Status intimi Münchhauſen erectae et in dies amplificatae, in patria noſtra exemplo etiam aeſtimatiſſimi noſtri popularis, C. Car. Revitzki reviviſcere coepit. Quisquis tantum profecit in literis, ut neceſſitatem et utilitatem bibliothecarum rite metiri poſſit; concedet ultro, omnes bibliothecarum colligendarum qualescunque conatus ſuam laudem et approbationem mereri: largietur tamen etiam, diverſum eſſe debere laudis hujus pro diverſitate hujusmodi bibliothecarum modum et tenorem.

Fuere conditores bibliothecarum privati, qui nonniſi claſſicos autores congerendo, omnes Graeci vel Latini Scriptoris editiones, inprimis tamen principes, nitidas item, et forma typorum aut figuris aeri inciſis excellentes conquirere e diverſis Europae angulis ſatagebant. Non negaverim, philologos

ſtri-

ſtricte ſic dictos diverſarum editionum notarumque a cel. Criticis adjectarum comparatione in emendatione textus et illuſtratione auctoris multum proficere; quodſi tamen publicum et communem hujusmodi bibliothecae uſum ſpectemus; palam eſt, huic ſufficere unius ejusdemque ſcriptoris claſſici tres quatuorve palmarias, et, quantum fieri poteſt, recentiſſimas et locupletiſſimas editiones, ſuperfluam vero eſſe hoc reſpectu omnium quandocunque et a quocunque factarum editionum ſeriem.

Fuere porro bibliothecarum collectores privati, qui non philologia tantum, ſed et reliquis ſcientiis patriam indigere agnoſcentes, librorum ex omni ſcientiarum genere, ſeu ut in Scholis loqui amant, ex omni ſcibili coëmtionem ſibi propoſuere. Conſilium hoc in genere valde eſſe laudabile, et ſcientiarum omnium promotioni proficuum, nemo ibit inficias. Dicam tamen libere, quid inconvenientis cum hujusmodi conſilio conjunctum eſſe ſoleat. Videlicet hoc tale inſtitutum viribus

ribus unius privati hominis longe majus plerumque eſt. Immenſi ſumtus requiruntur jam ad hoc, ut libri praecipui in omni ſcientiarum materia inde ab invéntione artis typographicae uſque ad noſtrum aevum impreſſi coëmantur, et fundamentum, ut ita dicam, hujusmodi bibliothecae ſtruatur. Accedit autem perquam neceſſaria annua recentiſſimorum librorum in omni ſcientiarum ſphaera ſtupendo numero prodeuntium comparatio, ad quam adhibito etiam librorum magis neceſſariorum et memorabilium ſelectu, florenorum complura millia annuatim requiruntur. Quotusquisque privatorum eſt, qui tantas facultates in bibliothecam ſuam impendere vel poſſit, vel velit? Fieri vix poteſt, quin hac ratione prodeat, quod in proverbio dicitur, in omnibus aliquid, in toto nihil. Quid ſi porro collector hujusmodi bibliothecae, ſibi ſoli polyhiſtor videatur, inconſultisque aliis viris doctis, nec novis literariis celebrioribus Germaniae, Angliae, Galliae ſollicite evolutis, nonniſi pro lubitu ſuo, aut pro fortuita

com-

commendatione libri, ab hoc vel alio prolata unum aliudve recentioris aut antecedentis aevi volumen ſuae collectioni inferat: nonne centonem potius, quam bibliothecam proditu-ram cernemus? Profecto lugemus; in non-nullis bibliothecis publicis aularum, univer-ſitatum etc. quibus hoc conſilium conquiren-dorum in omni ſcibili editorum praeſtantium librorum ob ſumtuum ad id deſtinandorum copiam convenientiſſimum, et ex inſtituti ratione neceſſarium eſt, ſaepe libros utiliſſimos et celebratiſſimos deeſſe, aut majorem in librorum coëmtione favorem uni ſcientiae, prae alia impendi, aut exterorum ſcriptorum opera completiori longe numero adeſſe, quam patriorum, qui omnium minime deſi-derari deberent: aut denique ſumptus, qui in locupletationem bibliothecae deſtinandi eſ-ſent, in ſalarium otioſorum et ſuperfluorum cuſtodum, ſcriptorumque profundi?

Fuere porro ſuntque librariae thecae collectores, qui tantum vel ſic dictos raros, vel ſingulari typorum nitore et formae lu-

xuria

xuria impreſſos libros venantur, eosdemque elegantiſſima ligatura veſtiri curant, et curioſis ſpectandos exhibent, uſum autem eorundem denegant, ne liber ipſe vel ligatura ejus detrimentum patiatur. Luxus hicce librarius quia artis typographicae progreſſum promovet, utique ſeveriori etiam judici probabitur: ceterum, ſi ad publicae utilitatis menſuram exigatur, peculiari encomio dignus haud eſt.

Denique ſunt inter privatos bibliothecarum conditores, qui ſe ad certum quidem ſcientiae genus egr. ad res patrias reſtringunt, verum rem hanc ſine methodo, matura deliberatione defixa, aut ſine notitia literaturae ſufficienti, opibus licet ſuppetentibus tractant, nec ad illud faſtigium eluctari ſatagunt: ut nempe, quantum fieri poteſt, omnia, quae ad patrias res illuſtrandas faciunt, ſive jam edita ſint, ſive adhuc in MStis lateant, ſollicito ſtudio conquirant. Longiſſime abeſt a me vel ſpecies vituperii horum virorum; gratias potius illis omnium eruditorum nomine actas

eſſe

eſſe velim, quod rerum patriarum curam habeant: ſcio profecto quam optime, propria experientia doctus, quantum uſum praeſtent literatis bibliothecae hujusmodi quamvis haud completae, per patriam noſtram hinc inde diſperſae; nam in hac reperiri poteſt, quod in alia deſideratur; neque ita mea verba interpretari amicos cuperem, ut ab omnibus aequalem exigam augendae et integre inſtaurandae rei librariae patriae noſtrae, cum ſumtibus et labore conjunctum conatum. Id vero largientur ultro omnes, juſtitia diſtributiva exigente, amplius laudis et utilitatis puplicae encomium decerni poſſe et debere illis, qui in collectione rerum patriarum indefeſſo conatu, ſumtibus et ſcriptitationibus non parcendo, eo adſpirant, ut quo completius omnia res patrias illuſtrantia ſibi procurent, et quae per diverſas aliorum bibliothecas disjecta ſunt, in una ſua bibliotheca concentrent.

Sed haec de ipſo bibliothecarum congerendarum conſilio dicta ſufficiant. Tranſeo

ad

ad diverſa diverſorum inſtituta, eo ſcopo condita, ut bibliothecae eorum pro futuro etiam aevo ſerventur, et ſimul eruditorum, aut communi legere cupientium uſui inſerviant. Contemtu et ſilentio praetereamus illos bibliothecarum et reſpective archivorum poſſeſſores, qui ſimiles eunuchis, nec producunt quidpiam, nec alios producere permittunt; quibus ſatis eſt, poſſidere theſauros librorum et chartarum, quin patria, quin ſcientiae, quin eruditi uſum eorundem capere poſſint. De liberalibus et patriae ſuae ſtudioſis viris ſermo nobis eſt. Hi ſupina ſaepe negligentia, poſtquam inſiguem apparatum librarium multis laboribus, ſumtibus, magna cura et felici ſucceſſu, non ſine animi ſui oblectatione coacervaſſent; dum adhuc inter vivos morantur, de bibliothecis ſuis diſponere negligunt; quo fit, ut poſt fata eorundem auctioni ſubjiciantur, et in omnes mundi partes diſtrahantur. Aliorum bibliothecae ſucceſſionis ordine tranſeunt ad haeredes illiteratos et ignavos, qui, de augmen-

to bibliothecarum hujusmodi necquidquam folliciti, libros praeftantiffimos et MSS. exquifitiffima pulveribus, blattis et tineis conficienda permittunt. Sapientius multo egiffe cenfendi funt illi, qui bibliothecam publicis ufibus deftinando, auctoritate publica accedente, fidei commiffum effe declararunt, ad primogenitum aut feniorem familiae pertinens, affignato fimul bibliothecae loco perpetuo; affignato pro auctione annua bibliothecae, intertentioneque bibliothecarii apti, ftabili fundo, difpofitioneque facta, ut venturi bibliothecae talis haeredes a tenera juventute in literis et bonis artibus inftruantur, reique literariae guftus et ftudium eis inftilletur. — Maluerunt alii bibliothecam a fe operofe congeftam certo cuidam officio, fuisque in officio hocce fucceffforibus addicere: laudabili fane et provido confilio, quodfi fcilicet profpectum fuerit, ut et in cafu vacantis hujusmodi officii ufus publicus bibliothecae non interrumpatur, et fucceffores in officio onus amplificandae confervandaeque biblio-

the-

thecae, et bibliothecariorum cum annua penſione conſtituendorum haud declinent. — Alii bibliothecas ſuas ſuppellectili librariae inſtituti alicujus literarii aut collegii eccleſiaſticorum uniendas praeclare diſpoſuere. Nulla in hujusmodi caſibus locum habere poteſt criſis — libera ſit cuique poſſeſſori de libris a ſe collectis pro bono publico diſpoſitio: gradus tamen utilitatis, adeoque etiam laudis, ſemper inde metiendus erit, utrum amplior et facilior, vel reſtrictior et difficilior hujusmodi bibliothecae uſus eruditis et lecturientibus admiſſus fuerit? Sic egr. majori fructu et laude collocabitur bibliotheca hujusmodi in urbe aliqua praecipua, exteris et popularibus pervia, quam in urbe minus populoſa, in angulo regni ſita, et ab exteris et popularibus parum frequentata. Non infimam laudem reportare videretur etiam ille, qui bibliothecam publicis uſibus conſecraret, in Tuſculano aliquo à via regia, aut a centro regni haud multum diſſito, in quo eruditis illuc (praeſertim tempore feriarum ſcholaſticarum, aut tempore

veniae dicaſterialis) confluxuris, hoſpitium, victus, ceterae vitae commoditates liberaliter et pro genio hoſpitalitatis Hungaricae praeſtarentur. Facilis inprimis ſit MStor. pro eruditis, praeſertim illa edere volentibus, uſus; nec gloria bibliothecae adeo in numero MStor. ineditorum, quam in numero librorum ex ſuis MStis editorum quaeratur. Eruditis ad publicam notorietatem de literatura patriae bene merentibus et de probitate ſua notis, erga recognitionem ſcriptotenus interponendam, unus alterve liber rarior, aut MStum etiam ad breve aliquod tempus liberaliter domum concedatur.

Videtis amici, quo me ardor, et ſacer, ut ita dicam, literaturae furor abripuerit; revertar tamen jam eo, unde digreſſus ſum, ad *bibliothecam regnicolarem Széchényianam:* ſapientiſſimo videlicet conſilio, et infucato in patriam ſtudio, novo prorſus et eminenti laudis exemplo, collectam, uſibus publicis conſecratam et apertam. Nihil eſt in omni hocce Inſtituto, quod non ad utilitatem publi-

cam,

eam, ad patriae emolumentum, ſapienti moderatione directum ſit. *Primum quidem* excellentiſſimus hujus bibliothecae auctor et ſtator feliciter ſane grandem illam et admiratione dignam ideam ſibi propoſuit, ut nempe non tantum omnia, quae de rebus Hungariae (adnexas S. Coronae provincias ſemper ſubintelligendo) a quocunque et ubicunque, ſed etiam quaecunque ab Hungaris in quacunque ſcientiarum ſpecie ſcripta et edita eſſent, quaeque hactenus obtinere ſibi licuit, et non tantum ampliora opera ac volumina juſtae magnitudinis, ſed fugientia etiam opuſcula, imo folia quoque in unum congeſſerit. Quemadmodum itaque parte ex una Hiſtoriae naturalis Hungariae, Hiſtoriae Hung. civ. et eccl. Geographiae et Jurisprudentiae domeſticae ſcrutatores in bibliotheca hac reperient pleraque omnia, quae ante ſe in hiſce ſtudiis praeſtita ſunt, pervidebuntque quid praeſtandum adhuc reſtet, et quibus fontibus et ſubſidiis utendum ſit? ita parte ex altera bibliotheca haec aeternum evaſit totius culturae

Hun-

Hungarorum literariae per feculorum decurfum ad recentiffima ufque tempora monumentum, nationi noftrae perquam honorificum. Nulla eft fcientiarum claffis, nullum genus, nulla fpecies, in qua ab Hungaris aliquid faltem praeftitum et typis mandatum non effet: tefte hacce bibliotheca. Sunt potius quam plurimae fcientiae, ab Hungaris (Hungaria licet diutiffime calamitatibus bellorum, peftis, et aliis innumeris afflicta) ita excultae, ut aliquot fcriptores Hungari, de flore fcientiarum per totam Europam bene meruiffe, et exterarum etiam gentium rebus, fuis lucubrationibus lucem affudiffe merito praedicari poffint. Quantae molis autem fuerit, quantis curis, quantis impenfis conftiterit, vaftum hoc et eminenti ingenio dignum confilium exequi? nonnifi is jufte aeftimare poteft, qui ipfe rem librariam colligit. Fatendum eft, unum fere tantum id praeftare potuiffe Széchényium, a tenera inde juventute a Mufis enutritum, nobili fcientiarum et caritatis patriae enthufiasmo inflammatum, divinae providentiae munere pro-

ven-

ventibus latifundiorum amplis, induſtria et ſapienti oeconomia auctis proviſum, et nativitate ſua, et officiis in republica cum laude geſtis eminenti loco poſitum, in itineribus ſuis per praecipuas Europae plagas, mox privato, mox vero publico Statuum et OO. Regni nomine ſuſceptis ubique ad literaturam patriae intentum, in partem curae ſuae literariae viros inſtructiſſimos vocantem, nullis ſumtibus parcentem, nullam acceſſionis librariae cujuscunque minutiſſimi opuſculi aut folii ad rem ſuam facientis occaſionem praetermittentem. — Heu! quantum ſaepe literatis in aliquo raro, aut in oris remotis impreſſo opere, aut in plagulis aliquot fugientibus, aut in certa aliqua operis editione momenti poſitum eſt! reperient nunc plerumque in bibliotheca Széchényiana, quod quaerunt; ſed tanto gratiores ſe pro uſu hocce praeſtabunt, quanto magis difficultates in comparandis hiſce libris aut libellis et foliis obvias noſcunt. *Tranſeo ad momentum alterum.* Excellentiſſimus bibliothecae hujus conditor pro interiori,

ri, qua praeditus eſt, rei literariae et librariae notitia, optime perſpexit: bibliothecam ſuam, ut uſibus publicis apta evadat, indigere catalogo impreſſo duplici uno quidem alphabetico, altero reali. Catalogum autem hunc, ubi prodiverit, inſigne futurum hiſtoriae literariae patriae noſtrae adjumentum, librumque eruditorum noſtratium, ut ita dicam, manualem, qualis hactenus adhuc non ſine detrimento literaturae defuit. Praevenit itaque tacita haecce noſtrum omnium deſideria; praevenit autem ita, ut adaequata titulorum in catalogo alphabetico adnotatione, diſſertationum de rebus Hungaricis in aliis libris et ſcriptis periodicis, ubi vix quaererentur, diſperſarum conſignatione, autorum anonymorum nomine, ubi tantum reſciri poterat, adjecto, editionibus diverſis ſollicite diſtinctis, librorum minus notorum tenore aliquot verbis concinne expoſito, denique in catalogo reali, ordine ſcientiarum naturali, accurataque et lucida ſubdiviſione pro baſi poſitis, omnium aequorum judicum applauſum unanimem

nimem retulerit; nec mordacissimis Aristarchis multum, quod jure carpere possint, reliquum fecerit. Magna sunt haec excellentissimi Comitis de patria nostra, et de scientiis merita; sed majora adhuc *tertio loco* commemoranda restant. Thesaurus librarius Széchényianus servabatur antehac Czenkini prope Sopronium; jamque ibi, quod propria experientia didici, patebat eruditis illuc accurrentibus, ab excellentissimo Comite pro insigni sua comitate et liberalitate suavissime exceptis, et tempus suum, inter studia, jucundas confabulationes, spatiosorum hortorum plagaeque situ suo ad lacum Fertö amoenissimae obambulationes transigentibus. Non tamen sibi satis favoris hac ratione literis praestare videbatur Comes generosissimus, statuitque potius, prospiciendum esse sibi, ut bibliothecae suae usum pluribus adhuc et largiorem pandat, simulque eam etiam post fata sua, usibus secuturi aevi servet, non tantum integram et intactam, sed quotannis etiam augendam et amplificandam. Itaque voluntate sua,

publi-

publicis etiam tabulis ſolenniter conſignata, et per optimum Regem clementiſſime approbata, bibliothecam ſuam donavit Regno Hungariae Nationique, cujus ipſe magnum decus eſt, Hungaricae, ſacravit in perpetuum publicis uſibus, libroſque ſuis impenſis devehi curavit Peſthinum, ad civitatem videlicet populoſam, Inſtitutis literariis ampliſſimis, corona virorum doctorum, mercatu, juris dicundi tribunalibus conſpicuam, ab exteris et popularibus eruditis ſaepius viſitatam; cubilia libris ſervandis deſtinata pro dignitate Inſtituti, proque ſingulari ſuo et liberali elegantiae ſenſu exornavit, Inſtitutum totum ſpeciali celſiſſimi Palatini Regni protectioni commendando, nonniſi jus praeſentandi cuſtodem ſcriptoremque hujus bibliothecae ſibi ſuiſque deſcendentibus ita ſapientiſſimo conſilio reſervavit, ut cuſtos prae aliis conſtituatur ille, qui unum aliumve deſcendentem ſuum in ſpem patriae et ſcientiarum rite educaverit. Clauſula hac, mira ſagacitate adjecta, efficiet, ut et bibliotheca regnicolaris Széchényiana

ſem-

ſemper cuſtodiatur cureturque a viris in theoria et praxi ſcientiarum verſatis ac experientia rerum ſubactis; et ſtirps familiae Széchényianae perpetuo glorietur viris in utraque republica eminentibus; cum ſcilicet educationi eorum ſingularis opera impendetur ab iis, qui ad honorificum officium cuſtodis hujus tam celebris bibliothecae eluctari cupient. Quis veſtrum amici tam coecus, tamque obſtinatus eſſe poſſet, ut non ultro agnoſcat, cuncta haec in Inſtituto hujus bibliothecae ita comparata eſſe, ut publicae utilitatis ſtudium, utque tenerrimus in patriam amor ex ſingulis hiſce diſpoſitionibus eluceat, faſtu omni et oſtentatione procul remotis? Sed noviſſimum adhuc producam ſingularis excellentisſimi Comitis ſolertiae, et incomparabilis in provehenda literatura patriae zeli, *quarto loco* argumentum. Jam in praefatione doctiſſimi ſimulque manſuetiſſimi viri, interea ad gaudia ſuperorum translati, etiam meis ſtudiis olim amici, Mich. Denis, legebatur, promittere exc. Comitem, curaturum ſe, ut libris,

bris, qui in catalogo anno 1799. et 1800. impreſſo, deſiderarentur adhuc, quantum fieri poſſet, potiatur, atque ubi juſtum eorum numerum confecerit, ſupplementis indicem ſuum augeat. Hoc ſcilicet eſt ad ſummum, quem humana ſors admittit, operis alicujus faſtigium eniti, hoc, ideam ſublimi meditatione conceptam ſtrenue et imperturbate exequi. — Vix unus alterve inde ab impreſſione catalogi elapſus eſt annus: en ſupplementa jam jam typis exſcripta ſunt! Veſtro judicio committo amici, quid in tanto viro magis ſitis admiraturi, an fidem in exequendis promiſſis? an ſolertiam, celeritatem, et felicitatem in congerendis tot tantisque librorum, magna ſui parte rarorum, pretioſorumque theſauris? an conſtantiam in perficiendo incoepto opere? Sane ſupplementa haecce pignori nobis eſſe poſſunt, brevi etiam catalogum numeroſiſſimorum et praeſtantiſſimorum MSStorum, iconum, tabularum geographicarum, nec non deſcriptionem numorum Hung. (quae quippe omnia excellentiſſimus

Co-

Comes Regno Hung. una cum bibliotheca ſua inaudito generoſitatis exemplo obtulit) impreſſum, taliterque ſubſidia et gaudia eruditorum noſtratium momentoſiſſimis acceſſionibus propediem auctum iri.

Quid nos moratur, amici, ut tantum virum nobis popularibusque noſtris in exemplum caritatis patriae proponamus? Nonne, quum ipſe gloriam fugiat, nos actorum factorumque ejus ſpectatores decet, publice declarare, quo loco hocce gentis noſtrae decus et ſcientiarum praeſidium habeamus? Silentibus nobis, confundent nos exteri. Novorum praecipuorum literariorum Germaniae judicia de catalogo hujus bibliothecae, quam juſta, quamque honorifica fuerint, noviſtis. Incredibile quanta viri hujus laude repletae ſint literae ab amicis meis exteris, catalogum bibliothecae hujusce evolventibus, ad me datae. Incredibile, quali cum elogio catalogus idem ab ipſa celeberrima Academia ſcientiarum Imperiali Petropolitana exceptus fuerit. Illuſtrem Societatem ſcientiarum Göttingenſem

Re-

Regiam noviſtis, percepto illo catalogo properaſſe, ut tantum hunc virum ſibi ſocium honorarium adlegat. — Quidam exterorum eruditorum tanta feruntur erga Széchényium noſtrum veneratione: ut eundem nobis fere invideant. Quid ſi virum huncce videre audireque poſſent, quemadmodum nobis eundem videndi audiendique fortuna obtigit? Non ille ſplendore opum et nativitatis elatus, eruditos patrios ſpernit, quod humiliore loco nati, facultatibusque inferiores ſint. Amat ille cunctos eruditos patriae; illos, qui ſcriptis ſuis patriam egregie illuſtrarunt, ſingulariter aeſtimat, tenues etiam comitate et manſuetudine ſua erigit. Non ille ſibi ſolus ſapere videtur, ſed in rebus literariis conſilia modeſtorum eruditorum rogat, ſcrutatur ipſe omnia, optimum eligit. Non indulget praeconceptis adverſus hunc vel alium patriae ſcriptorem, opinionibus: nec malevolorum criminationibus aurem praebet; non ille adulatorum et aſſentatorum genus humi repens cum veris ſuis amicis et cultoribus confundit, nec ſe altius evehi putat, quo ab-

jectius

jectius ſeſe alii proſternunt, nec ſi quis aliter ac ille ſentiat, ſententiamque modeſte depromat, exaſperatur. Longe abeſt ab illorum ſententia, qui eruditos rebus in republica agendis adminiſtrandisque idoneos haud eſſe exiſtimant; longiſſime autem ab illorum dementia, qui per literas et ſcientias fundamenta reipublicae non firmari ſed ſuffodi ſibi perſuaſere. Multi eruditorum liberalitatem generoſitatemque ejus experti ſunt; clientes ſuos, quos perſpicaci oculo ſua fiducia ſemel honorandos duxit, non amplius deſerit, nec invidorum obtrectationibus immolat: aliorum etiam fortunam ubi poteſt, promovet, nemini, quocunque laeſae philautiae ſub titulo, nocuit.

Haec ita locutus, vidi amicos omnes animo commotos, et pedibus manibusque in meam ſententiam euntes. Intereſſe putaverunt, ut quae de caritate patriae, de bibliothecarum privatarum inſtituendarum ratione, de bibliotheca regnicolari Széchényiana commemoraveram, chartis mandem, et cum republica literaria ope typorum communicem. Hoc cum illis pollicitus

fuis-

fuiſſem; me talia necquidquam ſuſpicante, rogarunt excell. Comitem Franc. Széchényi, ut oratiunculam meam inſtar praefationis tomo huic ſupplementorum praemitti annueret. Quod cum excellentiſſimus idem Comes pro humanitate ſua, et peculiari, quam laboribus meis hactenus ad res patriae illuſtrandas exantlatis tribuere dignatur, attentione, benevole admitteret; factum eſt, ut quod inter amicos, corde ſimplici et ingenuo, absque omni dictionis exquiſito ornamento protuleram, ad Tui notitiam etiam pervenerit, benevole lector! Tu igitur quoque inſtar indulgentium amicorum meorum, dicta a me, aequi bonique conſule, et conatibus meis literariis fave.

Viennae X. Sept. MDCCCIII.

A.

Abáts János idösb, Gerendi Ref. Sz. Ekkl: Lelki Páſztora — Az Istennek el Rendeléséröl és a' Szentek - Válaſztásáról való Tanítás; mellyet a' Kolosvári Generális Szent Synodusban &c. élö nyelvel el mondott. 1774. Kolosvárott a' Ref. Koll. betüivel. 1775. in 4. plag. 6.

Abbild und Beſchreibung des Turkiſchen Haupt-Fahnens, welcher von denen des Hochlöbl. Schwäbiſchen Reichs - Creiſes Auxiliar - Völkern in der jüngſthin eroberten Veſtung Neuhäuſſel gebeutet, und zurückgebracht worden. Samt beygefügter Erklärung der darinn befindlichen arabiſchen Schrift. Verfertigt von Mathias Friedrich Becken. Augsburg, bey Jakob Koppmayer. 1686. in 4. fol. 4. Cum Icone.

Abbildung und kurze Beſchreibung des unerhörten blutigen Treffens der kayſ. Armee mit dem Erbfeind unweit Salankemen in Hungarn den 19. Aug. 1691. Breslau. 1691. in fol. plag. 1.

Abbondanza Vincenzo Romano — Dizzionario Storico delle vite di tutti i Monarchi Ottomanni fino al regnante Gran Signore Achmet IV. — in Roma per Luigi Vescovi. 1786. in 4. pag. 392.

Abdruck der Reconciliation und Vergleichung mit den Hungarischen Ständen, Insonderheit aber mit Herrn Stephan Botzkay Izo Fürsten in Siebenbürgen etc. mit samt der Keyserischen, Hungarischen und Botzkayschen Commissarien gegen einander hierüber gegebenen Versicherung. Darbey auch die Friedens und Bundes Artikul zwischen dem Römischen und Türkischen Kayser. Alles in den Monathen Junio, Septembri und Novembri des nächst abgelauffenen 1606. Jares zu Wien in Oesterreich, und in dem Hungarischen Feldlager abgehandelt und beschlossen. Aus lateinischer Sprach ins deutsche gebracht. Prag durch Johann Othmar Jacobi 1607. in 4. plag. 5.

Abelii Gotthardi Consul. Marburg. — Oratio ad Germaniam Contra Mahometistas in Filii Dei Ecclesiam inaudita crudelitate saevientes. Marburgi Cattorum. Typis Joan Henr. Stokenii 1685. in 4. pag. 31.

Abfertigung der im v. Kurtzböckischen Verlag erschienenen Riedelischen Kritik der Biographie M. Theresiens. Wienn 1780. in 8. pag. 63.

Abhandlung von der vortrefflichen Natur, Eigenschaft und Wirkung des Ungarischen Weins. Wien 1789. in 8. pag. 40.

Abraham P. Fr. a. S. Clara (Megerlin) Ord. S. Aug. — Auf, auf ihr Christen, das ist eine bewegliche Anfrischung der christlichen Waffen wider den Türkischen Blut-Egel; samt beygefügten Zusatz vieler herrlichen Victorien, und Sieg wider solchen Ottomannischen Erbfeindt &c. Wien bey Joh. von Ghelen 1683. in 8. pag. 328.

Abrahami Joh. Prasmár Transylv. — Aeternam Praedestinationis Oeconomiam ex Ephes. I. 4. Praeside Joh. Deutschmanno publ. Eruditor. exam. subjiciet. Witteb. Typis Christiani Schroedteri 1689. in 4. fol. 4.

Abramule, overo l'Istoria di Maometto IV. Imperatore de' Turchi deposto dal Trono. Tradotta da Francese da Aliprando Casmaleno Willerasches. in Venezia, presso G. Girolamo Albrizzi. 1702. in 12. pag. 201.

Abrégé de la Géographie pour les Demoiselles Pensionaires de la Congregation de Notre Da-

me de Presbourg, à Presbourg chez Jean M. Landerer 1753. in 8. pag. 142.

* Adnex: *Pratique de la Mémoire artificielle pour apprendre et retenir la Chronologie et l'Hiſtoire univerſelle.* pag. 56.

Acclamatio gratulatoria ad Sacram Caes. Majeſtatem (Leopoldum I.) pro recuperata illius valetudine. S. l. et A. in 4. fol. 4.

Acta et Decreta Synodi Dioeceſanae Strigonienſis, Authoritate etc. Petri Pázmány Archiepiſcopi Strigonienſis celebratae, Tyrnaviae 1629. Recus. 1667. in 4. pag. 155.

— — — et Scripta SS. Cornelii, Firmiliani, Pontii et Victorini, ſuo ordine digeſta annotationibus hiſt. theol. illuſtrata a Joanne Prileſzky e S. J. Caſſoviae Typis Acad. S. J. 1765. in 8. pag. 282.

— — — reintegrationis Munkácſienſis Episcopatus graeci ritus Romae 1768. in 4. Acta pro reintegratione. fol. 31. Contra Reintegr. pag. 28. et fol. 60.

— — — Societatis Jablonovianae de Slavis, Lecho, Czechoque, item de veris Zichis. Tomi IV. Lipſiae apud Engelh. Benj. Svikertum 1772 et ex Officina Loeperia 1773—74. in 4.

* Continentur I) *Semleri (Jo. Salom.) Animadverſionum ad Antiquiores Scriptores Rerum Poloni-*

lonicarum Specimen, *illustratur et illa quaestio nupera de Czecho et Lecho pag. 1 — 62.* II) *Apocrisis ad quaestiones propositas de Lecho per P. Wenceslaum Duchowski SS. Theol. Baccal.* pag. 63 — 130. III) *de Slavis et Lecho per Jo. Theoph. Segerum Prof. Juris Lipsiae* pag. 131 — 182. IV) *Dissertatio de Lecho et Slavorum origine pag.* 183 — 202. V) *de Polonorum Majoribus*, *sive quo tempore Slavi in Pannoniam hodiernam ingressi sint Epistola Joan. Dan. Ritteri pag.* 205 — 232 VI) *Schediasma de Zichis ad Czechos designandos extorsis*; *tum de erroribus a P. Dobnero in Lingua Graeca commissis per Eugenium Bulgari natione Graecum*, *Biblioth. Petrop. pag.* 233 — 272. VII) *Diss. de Venedis et Antis*, *eorumque sedibus antiquissimis per P. Franc. Pubitscka S. J. Pragensem pag. 1 — 52.* VIII) *Problema ex Historia Slavica*, *utrum Vilzi*, *Serbi aut Sorabi slavonice dicti Srbi ab Albi et Regionibus Germaniae profecti sint in Croatiam et Dalmatiam*, *an ex Illyrico venerint in Germaniam per P. Leop. Joh. Scherschnik S. J. Pragensem pag. 53 — 92.* IX) *quae fuit Gens Adriam accolens nempe Veneti*, *quam Polybius*, *Strabo*, *Livius memorant*, *nec latino*, *nec graeco*, *nec gallico sermone usam fuisse per*

Dan.

Dan. Ehrenfried Springsguth. pag. 93 — 108. X) *Diss. de distantia Locorum sive accessorum sive inaccessorum cum aut sine Instrumentis, Gallica, aliisque methodis invenienda, per P. Joannem Helfenzrieder S. J. pag. 109—154. c. Tab. aen. 2.* XI) *I. de Henetis Vandalis, de Lacu Musiano, Chunis etc. disserit Josephus Princ. Jablonowski fol. 18. Pars I. de Henetis et Venetis seu Venedis et Vindis pag. 1 — 52. II. de Vindilis et Vinidis. pag. 53— 200. III. de Lacu Musiano pag. 201 — 276. IV. de Chunis, Cunis, Hunnis et Cumanis. pag. 277—296.* XII) *Observationes de Henetis, Venedis atque Vandalis auctore Gottl. Bened. Schirach pag. 1 — 58.* XIII) *Dissertationes de Stavanis Ptolemaei, de situ Lacus Musiani et de Comanis, ab Hunnis plane diverso populo, auctore Joanne Thunmanno pag. 59—188.*

Ad Autorem Nullitatis animadversionum in libellum, cui titulus: Sola Salvifica etc. Epistolae tres familiares. Pestini Typis Franc. Aug. Patzkó. 1791. in 8. pag. 158.

Ad Hungaros. cum Appendicula. Vindobonae apud M. A. Schmidt 1793. in 8. pag. 56. *Germ.* An die hungarn, sammt Anhang. ibidem in 8. pag. 60.

Ad Celſiſſimum S. R. I. Principem Nicolaum Eszterházy, dum in Supremum I. Comitatus Soproníenſis Comitem iuſtallaretur: Auctore L. S. de S. (Lazaro Somſſich de Sárd.) 1794. s. l. in 4. fol. 1.

Ad Excelsos Proceres, inclytos Status et Ordines pro Honore Comitatus, ſeu ſupremi Comitis Perpetui Officio, Episcopatibus illegaliter ſpoliatis in integrum reſtituendo. s. l. 1790. in 8. pag. 13.

Adami Andreae Pannonii Belluſienſis — Diſſ. inaug. med. exhibens partem tertiam Formularum. Vindobonae, Typis Joan. Thomae Trattner 1762. in 8. pag. 90.

Adami Christophori ſempron. Hung. — Exercitatio Juris publici de Nobilitate virtutis, Praeſide Burch. Henr. Tilemano. Jenae Literis Bauhoferianis. 1668. in 4. plag. 6.

Adami Joannis — Fragmentum ſtatiſticae Graecorum de Diſciplina et educatione Juventutis. Poſonii Typis Joannis Nep. Schauff. 1801. in 8. pag. 60.

— — — Syſtema Antiphiloſophicum de origine Civitatis. Poſonii Typis Joan. Nep. Schauff. 1801. in 8. maj. pag. 82.

Adoratio Dei-Hominis in ſanctiſſimo Altaris Sacramento ect. (libellus precum) Poſonii Typis Ant. Loewe. in 8. pag. 116.

Aesopus — Élete és Fábulái; Bellegarde Úrnak ſzép erköltsü tanitásival etc. Fordít. Németh Antal által. Posonban Patzkó Ferentz betüivel s. a. in 8. pag. 410.

Aezopusnak ſzáz ötven meséi, mellyek most újra Magyar nyelvre fordíttatván, mind a' meséknek, mind azoknak magyarázataiknak-mutató Tábláival együtt, és képeikkel meg ékesítetvén ki adattattak s. l. 1767. in 8. pag. 184.

Ágenda, azaz: az Anyaſzentegyházbéli ſzolgálat ſzerint való tselekedet melly ſzedegettetett a' Melotai István Ágendájából. Mostan pedig ujjonnan ki botsáttatott. Kolosváratt Páldi István által. 1755. in 8. pag. 35.

Agendarius liber continens Ritus et Caeremonias, quibus in adminiſtrandis Sacramentis, benedictionibus et aliis quibusdam Eccleſiaſticis functionibus, parochi et alii curati, in Dioeceſi et Provincia Strigonienſi utuntur. Quibus additae ſunt, lingua vernacula, piae et Catholicae aliquot exhortationes, ad eos, qui utuntur Sacramentis, et qui eorum adminiſtrationi interſunt. Complacentia et expenſis, Reveren-

verendiſſimi D. D. Joannis Kuttaſſi Epiſcopi Jaurinenſis, ac per Hungariam Cancellarii: Elimatione vero et relectione Lucae Peechi Fiſcalis Eccleſiae Strigonienſis, ſecundario impresſus. Tirnaviae Anno Domini M. D. XCVI in 4. pag. 227.

Agnethler Mich. Gottl. Tranſylv. Laurent. Joann. Nepomucenus Reen Geſecano Weſtphalus M. D. Plagii literarii in Regiae Fridericianae Parnaſſo graviter accuſatus, convictus, atque Halenſium Muſarum Decreto condemnatus. Halae ex Offic. Hendeliana. 1750. in 4. pag. 44.

* *Ob Diſſert. de febribus purpuratis Harderovici 1748. editam et ex Operibus Joan. Junckeri et Andr. Eliae Büchneri excerptam.*

— — — Diſſertatio ſolennis de Lauro. Halae ex Officina Gebaueriana. 1751. in 4. Cum icone. pag. 60.

Sz. Ágoston Doktornac elmélkedései. Magán való lelki Beſzéllései. Mindennapi rövid és egy marokni kisded Imádsági, forditotta Péchy Lukáts. Béchben, in 8. fol. 181. Fol. titul. deſideratur.

Ahitatosság gyakorlási az Anyaſzentegyháznak Lelke ſzerint, Győrött s. a. in 8. pag. 138.

Ajtai A. Michaelis Tranſylv. Hung. — Diſſ. Theol. de mora Dei, tamquam eleterio oeco-

nom.

nom. gratiae, et cunctatione, ceu anima ſpiritus fidei, ſummo ſpei et ſolatii Piorum fulcro, Praeſide Paulo Gyöngyösi a Pettyen. Francof. ad Viadr. 1733. in 4. pag. 38.

Alber Joann. N. e S. P. — Cogitationes Philoſophicae de immediato Corporum contactu Theoriam Cl. Joſ. Roger. Boſchovichii reſpicientes. Viennae Typis Joſephi Kurtzbeck 1782. in 8. pag. 126. c. Tabula aenea.

——— Oratio in Inſtauratione Coetus Mariani in Gymnaſio Colocenſi apud Scholas Pias habita ad diem XV. Auguſti, 1795. Colocae Typis Scholar. Piar. in 4. pag. 23.

——— Interpretationis Sacrae Scripturae per omnes veteris et novi Teſtamenti libros ſpecimen. Peſtini Typis Mathiae Trattner 1800. in 8. pag. 59.

——— Interpretatio Sacrae Scripturae per omnes veteris et novi Teſtamenti libros; Tomi VI. Peſtini, Typis Mathiae Trattner 1801—1802. in 8. maj. Tom. I. Geneſis pag. XXIV. et 556. c. Icone et mappa. II. Exodus, Leviticus, et Liber Numer. pag. 743. III. Deuteronom. Joſue, Liber Judicum. et Ruth c. mappa terram S. repraeſ. pag. 632. IV. Libri IV. Regum pag. 667. V. Libri Paralip. II. Esdrae II. Liber Tobiae, Judith et Esther pag. 590. VI. Liber Job, et Liber Pſalmor. ad 50. Pſalm. pag. 691. Continuatur.

Albi-

Albisii Gabrielis — Diss. Theol. de non confundenda fossione aurium divinitus facta cum perforatione auris herili pag. 43.

Albrichii Martini Mediensis Transylvani Gymn. Coronensis Rectoris. — Opusculum Metaphysicum, in quo primo Praecepta in debita sua universalitate proposita, et post expeditas distinctiones nominales fideliter explicata. Secundo, Controversiaé nobiliores breviter decisae, solutis potioribus objectionibus. Tertio canones utiliores limitati, confirmati et exemplis illustrati. Quarto ubique ferme usus, quem tum hi, tum istae et illa in Theologia habent insinuatus. (in Disputationibus XII.) Coronae Typis Mich. Hermanni 1657. in 4. pag. 219.

* Disputatio I. *de natura Metaphysicae, Respondente Joanne Müllero Rupensi.* II. *de Ente, Resp. Petro Fannenschmiedio Coronensi.* III. *de Principio Entis, Affectionumque essentia, Resp. Georgio Kapesio Szenavereschensi.* IV. *de Affectionibus Entis in genere, et perfectione ejus in specie. Resp. Michaele Clausenburgero Mediensi.* V. *de Unitate et veritate, Resp. Joanne Falck Rupensi.* VI. *de Bonitate, duratione, et ubietate, Resp. Andrea Grellio Schäsburgensi.* VII. *de Dependente, et independente, Creato et increato, Finito et infini-*

to,

to, Corruptibili et incorruptibili, Resp. Andrea Lutschio Bysztricensi. VIII. *de Principio et Principato, Causa et Causato, Resp. Jacobo Gotterbarmet Mediensi.* IX. *de Necessitate et Contingentia, Actu et potentia, Resp Georgio Meschner Coronensi.* X. *de Affectionibus disjunctis primariis mediatis, Resp. Joanne Schulero Bathöschensi.* XI. *de Absoluto et Respectivo etc. Resp. Michaele Roth Rupensi.* XII. *de expressionibus essendi rationibus ad certas classes revocandis. Resp. Thoma Graffio Coronensi.*

— — — Theses miscellaneae, quas in I. Coronensium Gymnasio Praeside Martino Albrichio publice defendendas suscipit Jacobus Gotterbarmet Mediensis. Coronae charactere Hermanniano 1655. in 4. fol. 2.

— — — Disputatio de natura et constitutione Logicae, Resp. Stephano Dechano Bisztriciense, ibidem 1655. in 4. pag. 29.

— — — Thesis de Coena magna Lucae XIV. v. 16 — 24. descripta, Resp. Bartholomaeo Falck Rupense, ibid. 1655. in 4. fol. 4.

— — — Disp. Theol. de Invocatione Sanctorum, quam auspice Deo solo invocando publice ventilandam proponit, Resp. Joanne Klei-

Kleinio Alesio Coronenſe, ibidem. 1655. in 4. fol. 16.

Albrizzi Girolamo — Ragvaglio Riſtretto ma diſtinto, e fedele di quanto è occorſo nella Campagna dell' anno 1688. Con il Paſsaggio de Fiume Savo, Aſſedio, et Eſpugnatione di Belgrado etc. In Venetia 1689. in 12. pag. 145.

Alexipharmacum efficax contra venenatas animi aegritudines cujusvis hominis Christiani. Casſoviae Typis Acad. S. J. 1757. in 8. pag. 70.

Alexovics Basilii ex Ord. S. Pauli — Ünnepnapi Prédikátziók, mellyeket a' Pesti fő Plébánia Templomában élő nyelvel mondott. Pesten Patzkó F. betűivel 1789. in 8. pag. 543.

——— Vasárnapi Prédikátziók. Pesten Patzkó Ferentz betűivel 1790 — 91. in 8. Téli Réſz pag. 452. Tavaſzi Réſz, pag. 436. Toldalék pag., LXXXV. Nyári Réſz pag. 300. Toldalék, pag. CLXXIII. Őſzi Réſz pag. 392. Toldalék pag. CXV.

——— Az Emberséges Ember ſzent Istvánnak Magyarok első Királlyának és Apostolának ditsérete, mellyet kéſzített, és élő nyelvel hirdetett Bétsben a' Magyar nemzett jeles innepléſé alkalmatoſságával, Kis-Aſzſzony Havának

25-dik

25-dik napján 1793. Bétsben, Nyomtattatott a' süket-némák Mühelyében, in 8. pag. 52.

Aliquid de ſyſtemate Browniano, (auctore Samuele Rácz M. D.) ſeu Fragmenta I. de Scientia et Talentis Brownii, II. de Principiis ſyſtemats Brownii, III. de Medicis Brownianis, IV. de Medicis Antibrownianis oppoſita Anonymo Antibrowniano etc. „Ueber das Browniſche ſyſtem." Vacii Typis Antonii Gottlieb 1799. 8. pag. 32.

Állortza — Fel fedezett — melly nyilván ki mutattya, hogy a' ſzabad kőmivesek valóságos Jakobinusok. Irta Igaz hazafi. S. l. 1794. in 8. pag. 29.

Álmos Könyv, melly A. B. C. ſzerint a' Lotteriára mutató ſzámokkal egybe - ſzedegettetve az éjjeli látásokat és jelenéseket meg magyarázza; e' mellett hozzá tétetett a' képes Almos könyvetske is. S. l. (Vátzon Gottlieb Antal betüivel) 1799. in 8. plag. 3.

Álom II. Jóſefről, németbül magyarra fordítva. Budán Landerer Katalin betüivel 1781. in 8. pag. 47.

Aloysius ſzent életének példája, némelly Istenes gyakorlatoſságok által azon ſzentnek hat egy más után való vasárnapi tiſzteletére alkalmaztatván, Deákból Magyarra fordíttatott és a' J. T.

Cſáki

Csáki Catechetica Bibliotékájának költségével kinyomtattatott. Kolosváratt 1771. in 12. pag. 104

Alstedii Joannis Henrici — Prodromus Religionis triumphantis, in quo methodice reperiuntur et breviter examinantur libri ſex de vera Religione, quorum primus a Joanne Crellio, quinque reliqui a Joanne Vockelio ſunt conſcripti praemiſſus Triumpho verae Religionis. Albae Juliae typis Celſiſſimi Principis Tranſylvaniae 1635. Cum ſcuto Tranſyl. in folio praeter Praefat. Dedic. et Indices VII. pag. 1135.

Alter Francisci Caroli Biblioth. Univers. Vindob. Cuſtodis — Philologiſch - Kritiſche Miſcellaneen. Wien bey Joh. Th. v. Trattner 1799. in 8. pag. 258.

* Innhaltsanzeige: 1) *Ueber ein Slaviſches Chronicon in der auserleſenen Stiftsbibliothek der Wohlehrwürdigen Herrn Benedictiner zu den Schotten in Wien. pag.* 1 — 28. 2) *Ueber den Gebrauch des Infinitivs für den Imperativ in der Griechiſchen, Slaviſchen, und Georgianiſchen Sprache. pag.* 29 — 34. 3) *Ueber den Gebrauch des Dativs anſtatt des Genitivs in der Griechiſchen und Slaviſchen Sprache. pag.* 35 — 69. 4) *Ueber eine Slaviſche Innſchrift in einem Löffel. pag.* 70 — 77. 5) *Ueber eine Serviſch - ſlaviſche Innſchrift*

hat

auf einem Siegelstämpel des Servischen Grosfürsten Lazar. pag. 78 — 85. 6) *Ueber das pleonastische* τῷ *nach dem vorhergehenden* εἰ. pag. 86 — 100. 7) *Ueber die Biblischen Stellen in den Slavischen Annalen des Nestor.* pag. 101 — 113. 8) *Litteratur der Slavischen Grammatiken.* pag. 114 — 130. 9) *Ueber den Codex Würtembergicus der* 4 *Evangelien in Armenischer Sprache.* pag. 131 — 135. 10) *Ueber eine Armenische Aufschrift im Vatican.* pag. 136 — 137. 11) *Berichtigungen einiger Stellen in Jac. Georg. Christ. Adlers Museum Cuficum Borgianum Velitris illustratum, Romae, Fulgoni,* 1782. *pag.* 138 — 152. 12) *Ueber die Aufschrift Taugas erey* - *pag.* 153 — 157. 13) *Ueber das Vater unser der Klementiner in Syrmien. pag.* 158 — 165. 14) *Ueber verschiedene Formeln des Comanischen Vater unsers. pag.* 166 — 192. 15) *Ueber das Polabische Vater unser. pag.* 193—227. 16) *Ueber eine Griechische Handschrift des Gregorius Palama. pag.* 228 — 234. 17) *Ueber eine litterarische artistische Plünderung zu Anfang des dreizehnten Jahrhunderts. pag.* 235 — 245.

——— Beitrag zur practischen Diplomatik für Slaven, vorzüglich für Böhmen. Wien 1801. in 8. pag. 178.

Alvintzi Kristina, Viz — Sz. Györgyi Makrai Ferentz kedves házastársa felett halotti Prédikátziók. I. Köpetzi Jánosé. II. Verestói Györgyé. Kolosvárott. 1733. in 4. fol. 20.

Ambschell Antonii Jaurin. Hung. — Diss. de motu in genere in subsidium suorum Discipulorum conscripta cum Tab. aen. Labaci Typis Egerianis 1780. in 8. pag. 144.

Amesii Guilielmi — Medulla Theologica. Editio novissima ab Authore recognita cum oratione Franequerae habita. Debrecini 1685. in 12. pag. 408.

— — — De Conscientia et ejus jure vel casibus Libri V. cum Paraenesi ad Studiosos Franequerae. ibidem 1685. in 12. pag. 346.

Amonai Jos: — Carmen votivum in honorem Sigism. P. Szatmári, dum Collegio Reform. Claudiopolitano valediceret. Claudiopoli 1763. in 4. fol. 2.

Amoris et venerationis Argumentum, quod Sacerdotum Sacerdoti jubilato Simeoni Austriaco etc. Sigismundo etc. Cardinali etc. e Comitibus a Kollonits etc. Archiepiscopo Urbis Caesareae Vindobonae etc. obtulit Capitulum Canonicorum Eccle. Metropol. ad S. Stephanum die 19. Oct. Anno 1749. qui Jubilaei Rom. Quinquagenarii est Prodromus, dum Quinqua-

genarius Sacerdos ad aras alteram Primitiarum offerret hoſtiam. Viennae ex Typographeo Trattneriano in fol. plag. 12.

Amphitheatrum Turcicum — neueröffnetes — worinnen der Kern Türkiſcher Geſchichten von Grundſetzung ihrer Religion und Reichs, ihrem Propheten Mahometh, ſeinen Nachfolgern oder Caliphen, Türkiſchen Kayſern, ihrer, wie auch einiger ihrer vornehmen Miniſters ſeltſamen Fatis, geführten blutigen Kriegen, erſtaunlichen Conqueſten, Vertilgung der Chriſtlichen Kayſerthümer und derer Monarchen, Ab- und Zunehmen ihres Staats, blutigen Belag- und Eroberungen, grauſamen Schlachten, unmenſchlicher Grauſamkeit, Hochmuth, Krieges - Liſten, wie auch von den Chriſtlichen Viktorien wider dieſelben etc. etc. — Kurz doch hinlänglich, mit Hiſtoriſcher Feder biſs auf die allerneueſte und gegenwärtigen Zeiten beſchrieben, darzu mit nöthigen Regiſtere verſehen wird. Erfurth bey Joh. Mich. Funcken. 1724. in fol. pag. 172.

An mein Vaterland bey dem höchſt betrübten Hinſcheiden M. Thereſien von J. — h. P. — l. Wien bey M. A. Schmidt 1781. in 8. fol. 2.

An Krater den Verfaſſer der Schmähbriefe über Gallizien. Wien 1786. in 8. pag. 144.

An

An den unſterblichen Helden Oeſtreichs Gideon Freyh. von Laudon k. k. kommandirenden Feldmarſchall, bey Gelegenheit der von demſelben belagerten und von den Türken unterm 7. Oct. an ihn übergebenen Feſtung Belgrad v. H. K. s. l. 1789. in 8. fol. 4.

An Hungarn bey Zurückkehr der Hh. Krone ins Königreich. Wien bey J. D. Hummel 1790. in 4. fol. 4.

An Seine königl. Hoheit Alexander Leopold Erzherzog von Oeſterreich Palatin von Hungarn, von der Peſter Schützen-Compagnie. Peſt, mit Patzkóiſchen Schriften 1791. in 8. pag. 7.

